



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio LVII. De ascensione Christi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

fecissimum, est exemplar eius quod est minus perfectum secundum suum modum, & ideo resurrectio Christi est causa exemplaris nostrae resurrectionis. Quae quidem necessarii est, non ex parte resuscitatis, qui non indiget exemplari, sed ex parte resuscitatorum, quos oportet illi resurrectioni conformari, secundum illud Phil. 3. Reformabit corpus humilitatis nostrae, conformatum corpori claritatis suae. Licet autem efficientia resurrectionis Christi se extendat ad resurrectionem tantum bonorum, quam malorum: exemplaritas tamen eius se extendit proprie solum ad bonos: qui sunt facti conformes filiationis ipsius, ut dicitur Roma. 8.

Ad quartum dicendum, quod secundum rationem efficientiam, quae dependet ex virtute divina communitate, tam mors Christi, quam etiam resurrectio, est causa tam destructionis mortis, quam reparandis uitae: sed secundum rationem exemplaritatis, mors Christi, per quam recessit a vita mortali, est causa destructionis mortis nostrae: resurrectio vero eius, per quam inchoavit vitam immortalem, est causa reparationis uitae nostrae: passio tamen Christi est insuper causa meritoria, ut supra dictum est.*

ARTICVLVS II.

Utrum resurrectio Christi sit causa resurrectionis animarum.

Super Quaestiones quinquagesima sextae articulum secundum.

Titulus clarus est. Intelligenti resurrectione aie est amor peccati: mors, anima peccati est. & vita eius est gratia Dei.

In corpore sunt duae conclusiones. Prima est, Resurrectio Christi habet uirtutem insumme effectiue: cuius respectu resurrectionis animarum, & non solum corporum. Probat, Resurrectio Christi agit in uirtute dei, extendens se non solum ad uitam corporum, sed aie, ergo.

Aduerte hic, quod consequenter, seu non ista praesupponit supra dicta & potestatem, seu omnipotentiam humanitatis Christi, quod, si extendat se potestas eius in spiritualis ad quacuq; mirabilia opera, exceptis his quae spectant ad primam reu creationem, & ubi latius patuit, Supposita, ad aequationem organum, gratia materiae subiectae tenet argumentum uirtus deitatis principalis extendit se ad uitam corporum & animarum, ergo uirtus instrumentalis humanitatis extendit se ad eadem.

Secunda conclusio est: Resurrectio Christi est causa exemplaris resurrectionis animarum: probat, quod Christo resurgenti debemus, & secundum animam conformari, sic

AD SECUNDUM sic procedit. Videtur quod resurrectio Christi non sit causa resurrectionis animarum. Dicit enim Aug.* super Ioan. quod corpora resurgunt per dispensationem humanam: sed anime resurgunt per substantiam Dei: sed resurrectio Christi non pertinet ad substantiam Dei, sed ad dispensationem humanam: ergo resurrectio Christi, & si sit causa resurrectionis corporum, non tamen uidetur esse causa resurrectionis animarum.

¶ 2. Praet. Corpus non agit in spiritu: sed resurrectio Christi pertinet ad corpus eius, quod cecidit per mortem: ergo resurrectio Christi non est causa resurrectionis animarum.

¶ 3. Praet. Quia resurrectio Christi est causa resurrectionis corporum omnium, corpora resurgunt, secundum illud I. ad Corin. 15. Omnes quidem resurgemus: sed non omnium animae resurgent: quia quidam ibunt in supplicium aeternum, ut dicitur Mat. 25. ergo resurrectio Christi non est causa resurrectionis animarum.

¶ 4. Praet. Resurrectio animarum fit per remissionem peccatorum: sed hoc factum est per Christi passionem, secundum illud Apoc. 1. Lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo: ergo resurrectionis animarum, magis est causa Christi passio, quam eius resurrectio.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit Roma. 4. Resurrexit propter iustificationem nostram: quae non

hil aliud est quam resurrectio animarum. Et super illud Psalm. 29. Ad uesperum demorabitur factus, dicit glossa, quod resurrectio Christi est causa resurrectionis nostrae & animae in praesenti, & corporis in futuro.

RESPON. Dicendum, quod (sicut dictum est*) resurrectio Christi agit in uirtute diuinitatis, quae quidem se extendit, non solum ad resurrectionem corporum, sed etiam ad resurrectionem animarum: a Deo enim est, & quod anima uiuat per gratiam, & quod corpus uiuat per animam. Et ideo resurrectio Christi habet instrumentaliter uirtutem effectiuam non solum respectu resurrectionis corporum, sed etiam respectu resurrectionis animarum: similiter etiam habet rationem exemplaritatis respectu resurrectionis animarum: quia Christo resurgenti debemus etiam secundum animam conformari, ut sicut, secundum Apo. Rom. 6. Christus surrexit a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitae ambulemus: & sicut ipse resurgens ex mortuis iam non moritur, ita & nos existimemus nos mortuos esse peccato, ut iterum uiuamus in illo.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Aug.* dicit resurrectionem animarum fieri per Dei substantiam, quantum ad participationem: quia scilicet participando diuinam bonitatem, animae fiunt bonae, & iustae, non autem participando quacumque creaturam: unde cum dixisset, anime resurgunt per substantiam Dei, subdit: participatione enim Dei fit anima beata, non participatione animae sanctae: sed participando gloriam corporis Christi, efficiuntur corpora nostra gloriosa.

AD SECUNDUM dicendum, quod efficientia resurrectionis Christi pertingit ad animas, non per propriam uirtutem ipsius corporis resurgentis, sed per uirtutem diuinitatis cui personaliter unitur.

AD TERTIUM dicendum, quod resurrectio animarum pertinet ad meritum, quod est effectus iustificationis: sed resurrectio corporum ordinatur ad penam vel praemium, quae sunt effectus iudicantis. Ad Christum autem non pertinet iustificare omnes, sed iudicare, & ideo omnes resuscitat secundum corpus, sed non omnes secundum animam.

AD QUARTUM dicendum, quod in iustificatione animarum duo concurrunt, scilicet remissio culpe, & nouitas uitae per gratiam. Quantum ergo ad efficientiam, quae est per uirtutem diuinam, tam passio Christi quam resurrectio est causa iustificationis quoad utramque: sed quantum ad exemplaritatem proprie passio, & mors Christi, est causa remissionis culpe, per quam morimur peccato: resurrectio autem Christi, est causa nouitatis uitae, quae est per gratiam siue iustitiam. Et ideo Apostolus dicit Roma. 4. quod traditus est, scilicet in mortem, propter delicta nostra, scilicet tollenda, & resurrexit propter iustificationem nostram: sed passio Christi est etiam causa meritoria, ut dictum est.*

¶ Super Quaestiones quinquagesime septimae articulum primum.

Titulus clarus.

In corpore una conclusio: Conueniens fuit Christum non remanere in terris, sed ascendere in caelum, Probat, Locus debet esse proportionatus locato, &c. clare patet infra.

¶ In de considerandum est de ascensione Christi.

Tertia S. Thomae.

hoc declarat auctoritate apostoli quoad duo scilicet nouitatem uitae, & quod ad uitationem ulterius mortis.

Arti. praeced. ad 3.

Tra. 23. in Ioan. inter prin. & medium to. 9.

Eodem loco nunc dicto.

Alias iustificationis.

Ar. praeced. ad 3. arg.

Q. 4. ad 4.

Super Quaestiones quinquagesima sextae articulum secundum.

Titulus clarus est. Intelligenti resurrectione aie est amor peccati: mors, anima peccati est. & vita eius est gratia Dei.

In corpore sunt duae conclusiones. Prima est, Resurrectio Christi habet uirtutem insumme effectiue: cuius respectu resurrectionis animarum, & non solum corporum. Probat, Resurrectio Christi agit in uirtute dei, extendens se non solum ad uitam corporum, sed aie, ergo.

Aduerte hic, quod consequenter, seu non ista praesupponit supra dicta & potestatem, seu omnipotentiam humanitatis Christi, quod, si extendat se potestas eius in spiritualis ad quacuq; mirabilia opera, exceptis his quae spectant ad primam reu creationem, & ubi latius patuit, Supposita, ad aequationem organum, gratia materiae subiectae tenet argumentum uirtus deitatis principalis extendit se ad uitam corporum & animarum, ergo uirtus instrumentalis humanitatis extendit se ad eadem.

Secunda conclusio est: Resurrectio Christi est causa exemplaris resurrectionis animarum: probat, quod Christo resurgenti debemus, & secundum animam conformari, sic

AD SECUNDUM sic procedit. Videtur quod resurrectio Christi non sit causa resurrectionis animarum. Dicit enim Aug.* super Ioan. quod corpora resurgunt per dispensationem humanam: sed anime resurgunt per substantiam Dei: sed resurrectio Christi non pertinet ad substantiam Dei, sed ad dispensationem humanam: ergo resurrectio Christi, & si sit causa resurrectionis corporum, non tamen uidetur esse causa resurrectionis animarum.

¶ 2. Praet. Corpus non agit in spiritu: sed resurrectio Christi pertinet ad corpus eius, quod cecidit per mortem: ergo resurrectio Christi non est causa resurrectionis animarum.

¶ 3. Praet. Quia resurrectio Christi est causa resurrectionis corporum omnium, corpora resurgunt, secundum illud I. ad Corin. 15. Omnes quidem resurgemus: sed non omnium animae resurgent: quia quidam ibunt in supplicium aeternum, ut dicitur Mat. 25. ergo resurrectio Christi non est causa resurrectionis animarum.

¶ 4. Praet. Resurrectio animarum fit per remissionem peccatorum: sed hoc factum est per Christi passionem, secundum illud Apoc. 1. Lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo: ergo resurrectionis animarum, magis est causa Christi passio, quam eius resurrectio.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit Roma. 4. Resurrexit propter iustificationem nostram: quae non

- ¶ Primò, Vtrum fuerit conueniens Christum ascendere.
- ¶ Secundò, Secundum quam naturam conueniat sibi ascensio.
- ¶ Tertio, Vtrum propria virtute ascenderit.
- ¶ Quarto, Vtrum ascenderit super omnes cælos corporeos.
- ¶ Quintò, Vtrum ascenderit super omnes spirituales creaturas.
- ¶ Sexto, De effectu ascensionis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum fuerit conueniens Christum ascendere.

g. di. 29. q. 3.
art. 1. Et op.
g. ca. 247. Et
op. 60. ca. 23.
princip.
lib. 2. con. 64.
87. 66. 10. 2.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non fuerit conueniens Christum ascendere. Dicit enim Philosophus* in 2. de Cæl. quòd illa, quæ optimo modo se habent, possident suum bonum sine motu: sed Christus optime se habuit: quia & secundum diuinam naturam est summum bonum, & secundum humanam naturam est summè glorificatus. ergo suum bonum habet sine motu: sed ascensio est quidem motus. ergo non fuit conueniens, quod Christus ascenderet.

¶ 2. Præter. Omne quod mouetur, mouetur propter aliquid melius: sed Christo non fuit melius esse in cælo quàm in terra: nihil enim accreuit sibi per hoc, quod fuit in cælo, neque quantum ad animam, neque quantum ad corpus. ergo videtur, quòd Christus nõ debuerit in cælum ascendere.

¶ 3. Præterea. Filius Dei humanam naturam assumpsit ad nostram salutem: sed magis fuisset salutare hominibus, quòd semper conuersaretur nobiscum in terris: unde ipse dixit discipulis suis Luc. 17. Venient dies, quando desideretis uidere vnum diem Filii hominis, & non videbitis. uidetur ergo, quòd nõ fuerit conueniens Christum ascendere in cælum.

lib. 14. cap. 3.
2. medi.

¶ 4. Præterea. Sicut Gregorius* dicit 14. Moral. corpus Christi in nullo mutatum fuit post resurrectionem: sed non immediate post resurrectionem ascendit in cælum: quia ipse dicit post resurrectionem Ioan. 20. Nondum ascendi ad patrem meum, ergo videtur quòd nec post quadraginta dies ascendere debuerit.

SED CONTRA est, quòd Dominus dicit Ioan. 20. Ascendo ad patrem meum, & patrem uestrum.

Alias per.

RESPONDEO. Dicendum, quòd locus debet esse proportionatus locato. Christus autem post resurrectionem, vitam immortalem, & incorruptibilem inchoauit. Locus autem, in quo nos habitamus, est locus generationis & corruptionis: sed locus cælestis est locus incorruptionis, & ideo non fuit conueniens, quòd Christus post resurrectionem remaneret in terris, sed conueniens fuit, quòd ascenderet in cælum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illud optime se habens, quòd sine motu possidet suum bonum, est ipse Deus: quia est omnino immutabilis, secundum illud Malach. 3. Ego Deus, & non mutor. Quælibet autem creatura est mutabilis, aliquo modo, ut patet per Augustin. * 8. super Genes. ad literã. Et quia natura assumpta a filio Dei, remansit creatura (ut patet ex his, quæ supra dicta sunt) non est in-

lib. 8. c. 14. l. 3.
2. ad. 1.

F conueniens, si ei aliquis motus attribueretur.

AD SECVNDVM dicendum, quòd per hoc, quod Christus ascendit in cælum, nil ei accreuit, quatum ad ea, quæ sunt de essentia glorie, siue secundum corpus, siue secundum animam, tamen accreuit ei aliquid quantum ad loci decentiam, quòd est ad bene esse glorie: non quòd corpus eius aliquid, aut perfectionis aut conseruationis acquireret ex corpore cælesti: sed solummodo propter quandam decentiam: hoc autè aliquo modo pertinebat ad eius gloriã. Et de hac decentia gaudium quoddam habuit, non quidè quòd tunc de nouo de hoc gaudere inciperet, quando in cælum ascendit: sed quia nouo modo de hoc gausus est, sicut de re impleta: unde super illud Psalmi 15. Delectationes in dextera tua vsque in finem, dicit gloss. Delectatio & lætitia erit mihi in consessu tuo, humanis obtutibus subtracto.

AD TERTIVM dicendum, quòd licet præsentia corporalis Christi fuerit subtracta fidelibus per ascensionem, præsentia tamen diuinitatis ipsius semp adest fidelibus, secundum quòd ipse dicit Matth. ultimo, Ecce, ego uobiscum sum vsque ad consumationem sæculi. Qui enim ascendit in cælos, non deserit adoptatos, ut Leo Papa dicit: sed ipsa ascensio Christi in cælum, quæ corporalem suam præsentiam nobis subtraxit, magis fuit utilis nobis, quàm præsentia corporalis fuisset. Primo quidem, propter fidei augmentum, quæ est de non uisus: unde ipse Dominus dicit discipulis suis Ioann. 16. quòd Spiritus sanctus adueniens arguet mundum de iustitia, scilicet eorum qui credunt, ut Augustinus, * dicit super Ioann. Ipsa quippe fidelium comparatio, infidelium est vituperatio: unde subdit, quia ad patrem vado, & iam non videbitis me: beati enim qui non vident & credunt. Erunt igitur vestra iustitia, de qua mundus argueretur, quoniam in me quem non videbitis creditis. secundo, ad spei subleuationem: unde ipse dicit Ioann. 14. Si abiero, & præparauero uobis locum, iterum veniam & accipiam vos ad me ipsum, ut ubi ego sum, & vos sitis. Per hoc enim, quòd Christus humanam naturam assumpsit, in cælo collocauit, dedit nobis spem illuc perueniendi: quia ubi fuerit corpus, illuc congregabuntur, & aquilæ: ut dicitur Matthæ. 24. vnde & Michæ. 2. dicitur, Ascendit pandens iter ante eos. tertio ad erigendum charitatis affectum in cælestia: unde dicit Apostol. Colof. 3. Quæ sursum sunt querite, ubi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram: ut enim dicitur Matthæ. 6. Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Et quia Spiritus sanctus est amor, nos in cælestia rapiens, ideo Dominus dicit discipulis Ioann. 16. Expedi vobis ut ego uadam: si enim non abiero, paracletus non ueniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad uos: quòd exponens Augustin. * super Ioan. dicit, Nõ potestis capere Spiritum, quandiu secundum carnem nosse persistitis Christum. Christo autem discedente corporaliter, nõ solum Spiritus sanctus, sed & Pater, & Filius illis affuit spiritualiter.

AD QVARTVM dicendum, quod licet Christo resurgenti in uitã immortale congrueret locus cælestis: tamen ascensionem distulit, ut veritas resurrectionis comprobaretur: vnde dicitur Act. 1. quòd post passionem suam præbuit seipsum viuum discipulis, in multis argumentis per dies quadraginta. Vbi dicit quòd 40. * quia per quadraginta horas mortuus fuerat, quadraginta diebus se viuere cõfirmat. Vel per quadraginta dies

Trad. 91
Io. ante
dium 101

Trad. 91
Io. post
dium 101

Trad. 91
Io. post
dium 101

alias 577. dies tem pus * presentis saeculi, quo Christus in A ecclesia conuersatur, potest intelligi: quia homo constat ex quatuor elementis, & eruditur contra transgressionem decalogi.

¶ Super Quaestio 57. Art. secundum. Titulus, ut sonat lumen-- dus est. ¶ In corpore ponitur vna distinctio bimembris cum suis conclusionibus. Distinctio est circa ly secundum quod, & conclusiones sunt clarae. Vbi nota in hac materia, qd sicut sup positum diuinu passum est secundu naturam humanam, vt ly secundum, dicitur conditione n parientis, ita persona filij Dei est ille, qui ascendit in celum secundum naturam humanam, vt naturam ascendentem: & secundum naturam diuinam, vt causam ascensionis.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum conueniat Christo ascendere in celum secundum diuinam naturam.

AD SECUNDVM sic proceditur. Vt, qd ascendere in celum conueniat Christo fm diuinam naturam. Dicitur enim in Psal. 46. Ascendit Deus in iubilatione, & Deut. 33. Ascensor coeli, auxiliator tuus: sed ista dicuntur de Deo etiã ante Christi incarnationem. ergo Christo conuenit ascendere in celum secundum, quod Deus.

¶ 2. Praet. Eiusdem est ascendere in celum, cuius est descendere de caelo, secundum illud Ioã. 3. Nemo ascendit in celum, nisi qui de caelo descendit, & Ephe si. 4. Qui descendit, ipse est, & qui ascendit: sed Christus descendit de caelo, non secundum quod homo, sed secundum, qd

Deus: non enim humana eius natura ante in celo fuerat, sed diuina: ergo videtur, qd Christus ascendit in celum, secundum, quod Deus.

¶ 3. Praet. Christus sua ascensione ascendit ad Patrem: sed ad patris aequalitatem non peruenit, secundum, quod homo: sic enim dicit, pater maior me est, vt habetur Ioan. 14. ergo videtur, qd Christus ascendit secundum, quod Deus.

SED CONTRA est, quod Eph 4. super illud, quod autem ascendit, quid est nisi quia & descendit, dicit glo. * Constat, quod secundum humanitatem Christus descendit, & ascendit.

RESPON. Dicendum, qd ly secundum, duo potest notare. scilicet conditionem ascendentis, & causam ascensionis. Et si quidem designat conditionem ascendentis, tunc ascendere non potest conuenire Christo secundum conditionem diuinã naturã, tum, quia nihil est diuinitate aliud, quo possit ascendere: tum etiam, quia ascensio est motus localis, qui diuinã naturã non competit, quæ est immobilis, & inlocalis: sed per hunc modum ascensio competit Christo secundum humanam naturam, quæ continetur loco, & motui subijci potest vnde in hoc sensu poterimus dicere, qd Christus ascendit in celum secundum, quod homo, non secundum, quod Deus: si vero ly secundum, qd designat causam ascensionis, cum Christus ex virtute diuinitatis in celum ascenderit, non autem ex virtute humanæ naturæ, dicendum est, quod Christus ascendit in celum, non secundum, quod homo, sed secundum, quod Deus: vnde Aug. t dicit in sermone, de Ascensione, De nostro fuit, quod filius Dei pependit in cruce, sed de suo, qd ascendit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod auctoritates illæ, propheticæ dicuntur de Deo, secundum quod erat incarnandus: potest tamen dici, quod ascendere, etsi non proprie conuenit diuinæ natura,

turæ, potest tamen ei metaphorice conuenire, prout scilicet dicitur, in cor hominis ascendere, qm cor hominis se subijcit, & humiliat Deo. Et eodem modo metaphorice dicitur ascendere, respectu cuiuslibet creaturæ, ex eo, quod eam subiicit sibi.

AD SECUNDVM dicendum, quod ipse idem est, qui ascendit, & qui descendit (dicit enim Aug. t in libro de Symbolo, Quis est, qui descendit? Deus homo quis est, qui ascendit? idem ipse Deus homo.) descendus tamen duplex attribuitur Christo: vnus quidem, quo dicitur descendisse de caelo, qui quidem attribuitur Deo homini, secundum quod Deus: non enim est iste descendus intelligendus secundum motum localem, sed secundum exinanitionem, qua cum in forma Dei esset, serui formam suscepit: sicut enim dicitur exinanitus non ex eo, quod suam plenitudinem amiserit, sed ex eo, qd nostram paruitatem suscepit, ita dicitur descendisse de caelo, non qd caelum deseruerit, sed quia naturam terrenam assumpsit in unitatem personæ. Alius autem est descendus, quo descendit in inferiores partes terræ, ut dicitur Eph. 4. Qui quidem est descendus localis, vnde competit Christo secundum conditionem humanæ naturæ.

AD TERTIVM dicendum, qd Christus dicitur ad patrem ascendere, in quantum ascendit ad consessum paternæ dextere: quod quidem conuenit Christo aequaliter secundum diuinam naturam, aequaliter autem secundum humanam, secundum quod infra dicitur.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum Christus ascendit propria virtute.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, qd Christus non ascendit propria virtute. Dicitur enim Marc. vlt. qd Dominus Iesus postquam locutus est discipulis, assumptus est in celum. Et Act. 1. dicitur, Videntibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum: sed illud quod assumitur, & eleuatur, ab alio videt moueri. ergo Christus non propria virtute, sed aliena ferebatur in celum.

¶ 2. Praet. Corpus Christi fuit terrenum, sicut & corpora nostra: corpori autem terreno, contra naturam est ferri sursum. nullus autem motus est ex propria virtute eius, quod contra naturam mouetur. ergo Christus non ascendit propria virtute in celum.

¶ 3. Praet. Propria virtus Christi est virtus diuina: sed motus ille non ut fuisse ex virtute diuina: quia cum virtus diuina sit infinita, motus ille fuisse in instanti, & sic non potuisset videntibus discipulis eleuari in celum, ut dicit Act. 1. ergo ut, quod Christus non ascendit propria virtute.

SED CONTRA est, qd dicit Iu. 63. Tertia S. Thomæ.

li. 4. c. 7. circa prin. co. 9.

¶ Super Quaestio 57. Articulus 3.

Titulus clarus. ¶ In corp. ar. conclusio est: Christus ascendit in celum propria virtute. primo quidem diuina, secundo autem animæ gloriificata, mouetis corpus, prout vult Declaratur conclusio, distinguendo in Christo naturam diuinam. & humanam, & subdividendo virtutem humanam in virtutem naturæ & virtutem gloriæ, & exclusa virtute naturali asserendo duas opiniones de radice virtutis gloriæ. scilicet vel ex parte lucis celestis, vel ex parte beatitudinis aie. Et permixta prima opinione, quia beatitudo aie in dei participatione consistit, in se conclusio quo ad oes sui partes clarissima, ita qd expositione non eget. ¶ Aduerte hic, qd cum dicitur, Christum propria virtute gloriæ aie ascendisse in celum, non intelligit, nisi de ipso alio motu ascensionis virtutem in virtute gloriæ aie potuerit motu illo penetrare caelos, alia qstio est inferus tractanda.

Z 4 ¶ Super

Inferus tractanda.

Hom. 29. in Euan. circa m. ed.

Itte formosus in stola sua gradens in multitudine fortitudinis sua. Et Greg. * dicit in Homil. Ascensionis, Notandum est, qd Helias in curru legitur ascendisse, vt videlicet aperte demonstraretur, quia homo purus adiutorio indigebat alieno. Redemptor autem noster non curru, non angelis subleuatus legitur: quia qui fecerat omnia, super omnia sua virtute ferebatur.

RESPON. Dicendū, qd in Christo est duplex natura, diuina. f. & humana: vnde fm vtramque naturam potest accipi propria virtus eius: sed fm humanam naturam potest accipi duplex virtus Christi. Vna quidem naturalis, quae procedit ex principijs naturae, & tali virtute manifestum est, qd Christus in caelum non ascendit. Alia aut virtus in humana natura Christi, est virtus gloriae, fm quam Christus in caelum ascendit. Cuius quidem virtutis rationem, quidam accipiunt ex natura quinte essentiae, qd est lux, ut dicunt, quam ponunt esse de compositione humani corporis, & per ea elementa contraria conciliari in unum: ita qd in statu huius mortalitatis natura elementaris in corporib. humanis dominatur: & ideo fm naturam elementi praedominantis, corpus humanū naturali virtute deorsum fertur. In statu aut gloriae praedominabitur natura celestis, per cuius inclinationem, & uirtutem corpus Christi, & alia sanctorum corpora feruntur in caelum: sed de hac opinione, & in 1. par. * habitum est, & infra magis agetur in tractatu de resurrectione ꝛ cōi. Hac aut opinione ꝑtermissa, alij assignant rationem praedictae uirtutis ex parte animae glorificatae, ex cuius redundancia glorificabitur corpus, vt Aug. * dicit ad Diosc. Erit enim tanta obedientia corporis gloriosi ad animam beatam (vt sicut Aug. ꝛ dicit 22. de Ciuit. Dei) ubi uolet spiritus, ibi protinus erit corpus: nec uolet aliquid spiritus, qd nec spiritū possit decere, nec corpus. Decet aut corpus gloriosum, & immortale esse in loco celesti, sicut dictū est. * Et ideo ex uirtute animae, uolentis, corpus Christi ascendit in caelum: sicut aut corpus efficitur gloriosum participatione animae, ita ut Aug. ꝛ dicit super Ioan. participatione Dei fit anima beata: unde prima origo ascensionis in caelum est uirtus diuina. sicigitur Christus ascendit in caelum propria uirtute, primo quidem uirtute diuina, secundo uirtute animae glorificatae, mouentis corpus, prout uult.

1. p. q. 76. ar. 7. Non complet.

Epist. 56. ante med. to. 2. Li. 22. c. vit. non remouet a prin. to. 5.

Art. 1.

Tract. 23. in Ioan. in 1. p. 1. m. 9.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut Christus dicitur propria uirtute surrexisset, & tamen est suscitatus a patre, eo quod eadem est uirtus Patris & Filij, ita etiam Christus ex propria uirtute ascendit in caelum, & tamen a patre est eleuatus, & assumptus.

AD SECVNDVM dicendum, quod ratio illa probat, quod Christus non ascendit in caelum propria uirtute, quae est naturae humanae naturalis: ascendit tamen in caelum propria uirtute, quae est uirtus diuina, & propria uirtute, quae est animae beatae. Et licet ascendere sursum, sit contra naturam humani corporis secundum statum praesentem, in quo corpus non est omnino subiectum spiritui: tamen non erit contra naturam, neq; uolentium corpori glorioso, cuius tota natura est omnino subiecta spiritui.

AD TERTIVM dicendum, quod etsi uirtus diuina sit infinita, & infinite operetur quantum est ex parte operantis, tamen effectus uirtutis eius recipitur in rebus secundum earum capacitatem, & secundum Dei dispositionem. Corpus autem non

est capax, ut in instanti localiter moueatur: quia oportet, quod commeteretur se ipatio, secundum cuius diuisionem diuiditur tempus, ut dicitur 6. * Physic. Et ideo non oportet, quod corpus motum a Deo moueatur in instanti: sed mouetur ea uelocitate, qua Deus disponit.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Christus ascenderit super omnes caelos.

¶ Super Quaestio 57. Art. quartum.

Itulus, vt sonat intelligendus est.

AD QVARTVM sic procedit. ¶ Vt, quod Christus non ascendit super omnes caelos. Dicitur enim in Psal. 10. Dominus in templo sancto suo, Dominus in caelo sedes eius: quod autem est in caelo, non est supra caelum. ergo Christus non ascendit super omnes caelos.

¶ 2. Praet. Super omnes caelos non est aliquis locus, ut probatur in primo de caelo: * sed omne corpus oportet esse in loco: ergo corpus Christi non ascendit super omnes caelos.

¶ 3. Praet. Duo corpora non possunt esse in eodem loco. Cum igitur non sit transitus de extremo in extremum, nisi per medium, ut, quod Christus non potuisset ascendere super omnes caelos, nisi caelum diuideretur, quod est impossibile. ¶ 4. Praet. Act. 1. dicit, qd nubes suscepit eum ab oculis eorum: sed non possunt eleuari supra caelum. ergo Christus non ascendit super omnes caelos.

¶ 5. Praet. Ibi credimus Christum in perpetuum mansurum, quo ascendit: sed quod contra naturam est, non potest esse sempiternum: quia id, quod est in natura, est ut in pluribus, & ut frequenter. Cum ergo contra naturam sit, corpori terreno, esse supra caelum, uidetur, qd corpus Christi supra caelum non ascendit.

SED CONTRA est, quod dicitur Ephe. 3. Ascendit super omnes caelos, ut aimpleret omnia.

RESPON. Dicendū, qd quanto aliqua corpora perfectius participant bonitatem diuinam, tanto sunt superiora corporali ordine, qui est ordo localis: unde uidemus, qd corpora, quae sunt magis formalia, sunt naturaliter superiora (ut patet per Phil. in 4. Physic. & in 2. * de Caelo) per formam enim unum quodque corpus participat diuinum esse, ut patet in 1. Physic. ꝛ Plus autem participat de diuina bonitate corpus per gloriam, quam quodcumq; corpus naturale per formam suae naturae. Et iter cetera corpora gloriosa, manifestum

¶ In corpore una est conclusio. Conuenientissimum est Christo, quod sit super omnia corpora constitutus in alto. Probat. Quanto aliqua corpora perfectius participat bonitatem diuinam, tanto sunt superiora localiter: sed corpus Christi gloriosum perfectius participat, &c.

¶ Aduerte hic, Auctorem opinari Christum se unum corpus esse supra caelos omnes, sic quod planities eius est supra superficiem conuexam supremi coeli: hoc enim concludit, & ratio in corpore allata, qd quanto corpus est perfectius, tanto est superius secundum locum, & hoc expresse explicatur in responsione ad secundum dicendo, nihil prohibet corpus Christi esse extra totam continentiam caelorum corporum, & non esse in loco continere. Et hoc ideo dictum sit, ut sciant dicentes corpus Christi sic esse supra omnes caelos, quod est in suprema parte supremi caeli, quod non sequatur doctrinam Auctoris: ex hoc enim sequitur manifeste, quod non est superius supremo caelo, & quod non est extra totam continentiam caelorum corporum, quorum primum contrahatur corpori articulo, secundum autem responsioni ad secundum.

¶ Sed occurrit hic Duran in tercio sentent. distinct. 22. articulo vltim. obiciens contra hanc positionem, quia sequeretur quod Christus, secus, nec alia uideret corporali uisione, quia uisio fit per diaphanum.

11. 6. 38. 2.

11. 1. 10. 10. 2.

11. 1. 10. 10. 2.

11. 1. 10. 10. 2.

11. 1. 10. 10. 2.

11. 1. 10. 10. 2.

num medium, quod supra conexum supremi celi non inuenitur.

D. 241. Ad hoc dicitur, quod sic supra naturam ordinem corpus Christi locatur supra conexum celi supremi, ita supra naturam ordinem, exercetur ibi in fine corporalis absque diaphano medio continuo vique ad oculum.

D. 119. Mirum est autem de sic obiectibus ad concludendum. Dicantur quoque, quomodo tam Christus quam alij sancti post resurrectionem si in fra conexum celi continentur, auditionem incorporealem excercebunt, cum auditus fiat per medium aere, qui ibi non est, nec celum super vicem aeris quoniam non in quantum diaphano aer mediat in auditu, ut patet ex hoc quod absque diaphano in actu audimus, in tenebris constitutis nobis & sonante & sono. & rursum celi quasi are fusi sunt, ut non possint percipi, &c. Miramur hanc supernaturalem scientiam suam fecerit.

Caelo quod extra celum non est corpus, intelligendum est de corporibus in solis naturalibus constitutis, ut per probationes apparet.

AD TERTIUM dicendum, quod quamuis de natura corporis non sit, quod possit esse in eodem loco cum alio corpore: tamen potest hoc Deus facere per miraculum, quod in eodem loco possit esse cum alio corpore, sicut & fecit, ut corp⁹ Christi de clauso utero beate Virginis exiret, & quod intrauit ianuis clausis ad discipulos, sicut dicit beatus Gregorius. Corpus ergo Christi simul potest esse cum alio corpore in eodem loco, non ex proprietate corporis: sed per uirtutem diuinam assistentem, & hoc operantem.

AD QVARTUM dicendum, quod nubes illa, non praebuit ad miniculum Christo ascendenti per modum uehiculi: sed apparuit in signum diuinitatis, secundum quod gloria Dei Israel apparebat super tabernaculum in nube.

AD QVINTUM dicendum, quod corpus gloriosum non habet ex principijs sue nature, quod possit in caelo aut supra caelum esse, sed habet hoc ex anima beata, ex qua recipit gloriam. Et sicut motus gloriosus corporis sursum, non est uolentis, ita nec quies uolentis: unde nihil prohibet ea esse sempiternam.

Super Questionis 17. Artic. quintum.

Intellus intelligens est cum gradus, prout respondendo apparet, hoc

est, quod corpus Christi maiori refulget gloria. unde conuenientissimum est sibi, quod sit supra omnia corpora constitutum in alto. & ideo supra illud Eph. 4. Ascendens in altum, dicit gl. Loco & dignitate.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sedes Dei dicitur esse in caelo, non sicut in continente, sed magis sicut in contento. unde non oportet aliquam partem caeli eo superiorem esse, sed ipsum esse supra omnes caelos, sicut & in Psal. 2. dicitur, Eleuata est magnificentia tua, super caelos, Deus.

AD SECUNDUM dicendum, quod locus habet rationem continentis. unde primum continens habet rationem primi locantis, quod est primum caelum. Intantum igitur corpora indigent esse in loco per se, in quantum indigent contineri a corpore caelesti. Corpora autem gloriosa, & maxime corpus Christi, non indigent tali continentia: quia nihil recipit a corporibus caelestibus. sed a Deo mediante anima. unde nihil prohibet, corpus Christi esse extra totam continentiam caelestium corporum, & non esse in loco continente: nec tunc oportet, quod extra caelum sit uacuum, quia non est ibi locus. Nec est ibi aliqua potentia susceptiua alicuius corporis: sed potentia illuc perueniendi, est in Christo. Quod autem Aristoteles probat 1. de

caelo quod extra caelum non est corpus, intelligendum est de corporibus in solis naturalibus constitutis, ut per probationes apparet.

AD TERTIUM dicendum, quod quamuis de natura corporis non sit, quod possit esse in eodem loco cum alio corpore: tamen potest hoc Deus facere per miraculum, quod in eodem loco possit esse cum alio corpore, sicut & fecit, ut corp⁹ Christi de clauso utero beate Virginis exiret, & quod intrauit ianuis clausis ad discipulos, sicut dicit beatus Gregorius. Corpus ergo Christi simul potest esse cum alio corpore in eodem loco, non ex proprietate corporis: sed per uirtutem diuinam assistentem, & hoc operantem.

AD QVARTUM dicendum, quod nubes illa, non praebuit ad miniculum Christo ascendenti per modum uehiculi: sed apparuit in signum diuinitatis, secundum quod gloria Dei Israel apparebat super tabernaculum in nube.

AD QVINTUM dicendum, quod corpus gloriosum non habet ex principijs sue nature, quod possit in caelo aut supra caelum esse, sed habet hoc ex anima beata, ex qua recipit gloriam. Et sicut motus gloriosus corporis sursum, non est uolentis, ita nec quies uolentis: unde nihil prohibet ea esse sempiternam.

ARTICVLVS V.

Utrum corpus Christi ascenderit super omnem creaturam spiritualem.

AD QVINTUM sic proceditur. AVT quod corpus Christi non a-

scenderit super omnem creaturam spiritualem. Eorum enim quae non dicuntur secundum unam rationem, non potest conuenienter fieri comparatio: sed locus non eadem ratione attribuitur corporibus, & spiritualibus creaturis, ut patet ex his, quae dicta sunt in prima parte. Ergo uidetur quod non possit dici Corpus Christi ascendisse super omnem creaturam spiritualem.

¶ 2 Praet. Augustinus dicit in lib. de Vera relig. quod omni corpori spiritus praefertur: sed nobiliori rei sublimior debetur locus. ergo uidetur, quod Christus non ascenderit super omnem spiritualem creaturam.

¶ 3 Praet. In omni loco est aliquid corpus, cum nihil sit uacuum in natura. Si ergo nullum corpus obtinet altiore locum, quam spiritus in ordine naturalium corporum, nullus locus erit super omnem spiritualem creaturam. non ergo corpus Christi potuit ascendere super omnem spiritualem creaturam.

SED CONTRA est, quod dicitur Ephes. 1. Constituit illum supra omnem principatum & potestatem, & supra omne nomen quod nominatur, siue in hoc saeculo, siue in futuro.

RESPON. Dicendum, quod tanto altiori rei debetur altior locus, quanto est nobilior, siue debeat ei locus per modum contactus corporalis, sicut corporibus, siue per modum contactus spiritualis, sicut spiritualibus substantiis. Exinde enim spiritualibus substantiis debetur secundum quandam congruentiam locus caelestis, quod est supremus locorum, quia illae substantiae sunt supremae in ordine substantiarum. Corpus autem Christi, licet considerando conditiones naturae corporeae, sit infra spirituales substantias, considerando tamen dignitatem unionis, qua est personaliter Deo coniunctum, excellit dignitatem omnium spiritualium substantiarum. Et ideo secundum praedictam congruentiam rationem debetur sibi locus altior ultra omnem creaturam etiam spiritualem. Unde & Greg. dicit in Hom. Ascensionis, quod qui fecerat omnia, super omnia sua uirtute ferebatur.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod licet alia ratione attribuat locus corporali & spirituali substantiae, tamen hoc est in utraque ratione commune, quod digniori rei attribuitur superior locus.

est quod ponitur ibi locatum pro loco, ita quod per ly omnem creaturam spiritualem, intelligimus locum omnium creaturarum spiritualium. Secutus est enim Auctor uisatum modum loquendi, quo consueuimus dicere aliquem episcopum vel principem ascendisse super tales & tales, quod ascendit ad locum superiorem locis talium & talium. Unde sensus tituli est. an locus quo ascendit Christus, sit superior locis, in quibus sunt quaecunque spirituales creaturae.

¶ In corpore una conclusio: Corpori Christi debetur locus altior ultra omnem creaturam etiam spiritualem. Probat. Tanto altior locus rei debetur, quanto est nobilior: sed corpus Christi secundum dignitatem personale excellit omnes substantias spirituales. ergo &c.

¶ Circa hanc comparationem dubium occurrit. quoniam uana uideatur. nam supra conexum seu in superficie conuexa caeli empyrei non datur locus altior aut minus altus, cum sit perfecte sphaericus: collat autem ille esse angelos beatos, & corpus Christi illic esse, conclusum est ex articulo praecedenti.

¶ Ad hoc dicitur, quod licet sit longitudo diametri a centro ad circumferentiam nulla pars conuexae superficie corporis perfectae sphaerici sit altior alia, ut patet ex eo quod omnes lineae duae a centro ad circumferentiam sunt aequales: & sic hunc sensum procedit dubium: si tamen eadem superficies conuexa consideretur ut ordinata ad aliquid unum in ea agendum (uerbi gratia ad exercendum actum iudicij) sic unus locus seu una pars inuenitur altior altera, iuxta approximationem ad solium principis sumitur enim pars illa solij ut altior, & reliquae ut inferiores sunt. Et sic diuina sapientia superficiem caeli empyrei, quamuis secundum se fecerit aequalem, sic tamen quod uenit in usu habitatio uis creaturaru.

Quaest. 52.

Capit. 55. ali quatum a prim. lo. 1.

D. 243.

Homil. 29. in euang. 1

Inf. q. 2. ar. 3. cor. & Pl. 8. 6. Et Eph. 1. lect. 3. d.

turarum beatarum, dispositi vnam partem, quasi totum, & reliquas 7 ordines ad illam, superiores vel inferiores. Et sic Christus in corpore in parte illa solus stans, in suprema parte supremoque loco residere dicitur: & reliquae creaturae beatae hinc & inde inferiores partes tenent.

buitur locus, & sic corpori Christi, debetur, ut sit supra spirituales creaturas.

ARTICVLVS VI.

¶ Super Questionem 97. Articulus sextus.

Utrum ascensio Christi sit causa nostrae salutis.

Titulus clarus. In corpore vna conclusio. Ascensio Christi est causa nostrae salutis, & ex parte nostra, & ex parte ipsius. Probat quod ad primam partem quadrupliciter, & deinde quod ad secundam tripliciter. Omnia clara & ordinata sunt in littera.

¶ In ratione ad tertium, aduerte propter importunos, quod Christum corporaliter visum fuisse a Paulo, non est uertendum in dubium, quoniam verba ipsius Pauli, Nouissime autem tanquam abortiuo &c. hoc conuincunt ad litteram: sed an ista visio fuerit tunc cum dixit, Saule Saule quid me persequeris, dubitari ab aliquibus videtur: nec vlla dubium ratio fouet, nisi quia volunt dubitare. Auctor autem, quia nulla alia corporalis apparitio Christi, ad Paulum in sacra scriptura inuenitur, nisi illa, quae fuit in sua conuersione, illam dicit esse, quae Christus in proprio corpore sibi apparuit. Constat autem ex scriptura, illam fuisse corporalem & rationabilem est scripturam scriptura exponere: irrationabile autem apparitiones pro uoluntate multiplicare. In disciplinati quoque est querere in omnibus certitudine demonstrationem: sed, ut philosophi etiam tradiderunt, iuxta subiectam materiam certitudo amplectenda est.

AD SEXTVM sic proceditur. **V**t quod ascensio Christi non sit causa nostrae salutis: Christus enim fuit causa nostrae salutis, in quantum salutem nostram meruit: sed per ascensionem nihil nobis meruit, quia ascensio pertinet ad premium exaltationis eius. non est autem idem meritum & premium, sicut nec uia & terminus. ergo uidetur quod ascensio Christi non sit causa nostrae salutis.

¶ 2. Praet. Si ascensio Christi est causa nostrae salutis, maxime hoc uidetur quantum ad hoc, quod ascensio eius sit causa nostrae ascensionis: sed hoc collatum est nobis per eius passionem, quia, ut dicitur Hebr. 10. habemus fiduciam in introitu sanctorum per sanguinem ipsius. ergo uidetur quod ascensio Christi non fuerit causa nostrae salutis.

¶ 3. Praet. Salus nobis per Christum collata, est sempiterna, secundum illud Isa. 51. Salus autem mea in sempiternum erit: sed Christus non ascendit in caelum, ut ibi in sempiternum esset: dicitur enim Act. 1. Quemadmodum uidistis eum ascendentem in caelum, ita ueniet. Legitur etiam, multis sanctis se demonstrasse in terris post suam ascensionem, sicut de Paulo legitur Act. 9. ergo uidetur, quod eius ascensio non sit causa nostrae salutis.

SED CONTRA est, quod ipse dicit Ioan. 16. Expedi uobis, ut ego uadam, id est, ut recedam a uobis per ascensionem.

RESPON. Dicendum, quod ascensio Christi est causa nostrae salutis dupliciter. Vno modo, ex parte nostra: alio modo, ex parte ipsius. Ex parte quidem nostra, inquantum per Christi ascensio-

tionem mens nostram mouetur in ipsum, quia per eius ascensionem (sicut supra dictum est) primo quidem datur locus fidei: secundum, scilicet: tertio charitati: quarto, etiam per hoc reuerentia nostra augetur ad ipsum, dum iam non existimamus eum sicut hominem terrenum, sed sicut Deum caelestem, sicut & Apostolus dicit 2. ad Corinth. 5. Et si cognouimus, secundum carnem Christum, (id est, mortalem, per quod putauimus eum tantum hominem, ut glo. exponit) sed nunc iam non nouimus. Ex parte autem sua, quantum ad ea quae ipse fecit, ascendens propter nostram salutem: primo quidem uiam nobis preparauit ascendendi in caelum, secundum quod ipse dicit Ioan. 14. Vado parare uobis locum, & Mich. 2. Ascendit, pandens iter ante eos. Quia. n. ipse est caput nostrum, oportet illuc sequi membra, quo caput precessit. unde dicitur Ioan. 14. Ut ubi ego sum, & uos sitis. Et in huius signum, animas sanctorum, quas de inferno eduxerat, in caelum traduxit, secundum illud Psal. 67. Ascendens Christus in altum, captiuam duxit captiuitatem, quia, scilicet, eos, qui fuerant a diabolo captiuati, secum duxit in caelum, quasi in locum peregrinum humanae naturae, bona captione captiuos, ut pote per victoriam acquisitos. Secundum, quia sicut pontifex in veteri testamento, intrabat sanctuarium, ut assisteret Deo pro populo, ita & Christus intrauit caelum ad interpellandum pro nobis, ut dicitur Hebr. 7. Ipsa enim representatio sui ex natura humana, quam in caelum intulit, est quaedam interpellatio pro nobis, ut ex quo Deus humanam naturam sic exaltauit in Christo, etiam eorum misereatur, pro quibus filius Dei humanam naturam assumpsit. Tertio, ut in caelorum sede quasi Deus & Dominus constitutus, exinde diuina dona hominibus mitteret, secundum illud Eph. 4. Ascendit super omnes caelos, ut adimplet omnia, scilicet donis suis, secundum glossam.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ascensio Christi est causa nostrae salutis, non per modum meriti: sed per modum efficientiae, sicut supra de resurrectione dictum est.

AD SECVNDVM dicendum, quod passio Christi est causa nostrae ascensionis in caelum, proprie loquendo, per remotionem peccati prohibentis, & per modum meriti: ascensio autem Christi est directe causa ascensionis nostrae, quasi inchoando ipsam in capite nostro, cui oportet membra coniungi.

AD TERTIVM dicendum, quod Christus semel ascendens in caelum, adeptus est sibi & nobis in perpetuum, ius & dignitatem mansionis caelestis: cui tamen dignitati non derogat, si ex aliqua dispensatione Christus quandoque corporaliter ad terram descendat, uel ut ostendat se omnibus, sicut in iudicio, uel ut ostendat se alicui specialiter, sicut Paulo, ut habetur Act. 9. Et ne quis credat hoc factum fuisse, non Christo ibi corporaliter presente, sed aliquo apparente, contrarium apparet per hoc quod ipse Apostolus dicit 1. ad Corinth. 15. ad confirmandam resurrectionis fidem, Nouissime omnium tanquam abortiuo uisus est & mihi. Quae quidem uisio ueritatem resurrectionis non probaret, nisi uerum Christi corpus uisum fuisset ab eo.